



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

18. Si Deum erga se volunt misericordem peccatores, sint ipsi misericordes erga pauperes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

Itaque quisquis vel de se, vel de vlo peccatore, rem despe-  
ratam esse putat, huc oculos reflectat, & respiret. Neque offendit  
debet quisquam, si videt multa ac grandia quædam peccata à sic  
conuerso, antè fuisse perpetrata. Talis ardentiū dicere potest:  
*Conferimini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.* In magni peccatoris conuersione, magna misericordia ostenditur. Neque quidquam magna Dei misericordia, magnæ eius-  
dem iustitiae prærogat. Vtraque illius est, vtrauis potest ut, pro  
libertate. Neque verò iustitia in talibus nulla ostenditur. Boni-  
facius magna contritione, magno amore Dei, magna potuit pec-  
cata compensare, vt diceretur: *Remittuntur ei peccata multa, quo- niam dilexit multrum.* Denique, inter tot tormenta, facile potuit  
luere tot delicta; & tanto sanguine tanta peccata lauare. Quod  
si etiam considerare volumus, quid de congruo Aglaidi & Bonifa-  
cio fecerit Deus; duas in ijs cauſas reperiemus. Nam Bonifacius,  
etiam cum vino & Venere caleret, pecuniae erat contemtor magnifi-  
centissimus, & adeas egentibus distribuendas longe liberalissimus, & ho-  
spitalitati deditus, si ullus aliis. Si quando ergo vidisset aliquos ex via-  
toribus, aut astu & siti eliquatos, aut niue & frigore concretos, aut alia ra-  
tione itinere granatos, ipse festinans hilariter eis ibat oburam, & roga-  
bat, vt à labore requiescerent: & cum cessissent, in domum suam intro-  
ductos hospitio benignè accipiebat, & verbis, & factis eorum omnem pro-  
pulsabat molestiam. Quare non sustinuit Dominus, despicere animam  
hanc: neque animam Aglaidis, quæ & ipsa in Bonifacij liberalita-  
tem consensit, & multum auri tradidit, vt etiam haberet, quod di-  
stribueret pauperibus.

XVII.

Psal. 106.1.

Luc. 7.47.

Surius in ea  
ius vita 5.  
Junij.

Nimirum beatimi misericordes, quoniam ipsi misericordiam con-  
sequentur. Hæc sunt iudicia diuinæ bonitatis, vt, si quis pauperi  
det obolum emat cælum; si panem porrigit, aut aquæ frigida hau-  
stum, mercede sua non careat. Qua mercede? Nimirum huius-  
& alterius vitæ. Hinc nihil speciatim dixit, quando dixit: *miseri- cordiam consequentur, vt vtrumque dixisse censeatur.* Quando enim  
dixit: *Beati pauperes spiritu, non addidit, quoniam illorum est regnum  
mundi & celi.* sed limitatè addidit: *Quoniam ipsorum est regnum celo- rum.* At cum ad misericordiam venit, non ad regnum cælorum  
duntaxat misericordes remisit, sed misericordiam vicissim spo-  
pondit, quæ vtique særissime, etiam in hac vita, exhibetur. Vnde  
& illud habemus: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem;* Psal. 40.2.

XVIII.

Matth. 5.7.

Matth. 9.40.

iii  
in die

in die mala liberabit eum Dominus. Dies mala, cum Cassiodoro, post dies iræ, diésque iudicij quidem intelligi; sed non tantum illa dies mala est. Mala est omnis dies, in qua malum patimur; nec, quando in oratione dicimus: *Libera nos à malo*, à iudicio tantum liberari petimus; sed multò maximè à peccato, & peccati poenit.

**I.Tim.4.8.** Itaque, etiam Apostolo teste, pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vita, qua nunc est, & future. Qua de causa Pater ille filio

**Tob.4.7.** suo hoc documentum dedit: *Ex substantia tua fac eleemosynam*, & noli auertere faciem tuā ab ullo paupere, ita enim sicut, ut nos à te auer-

**Matth.7.2.** tatur facies Domini. Siquidem eadem mensura, qua mensi fueritis, re-

**Prou.21.13.** metietur vobis, ait Seruator. Vnde etiam, *Qui obturat aurem suam*

**Luc.16.24.** ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur; sicut non exauditus est Epulo clamans: *Pater Abraham, mitte Lazarum*, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam; quia ipse prius non exaudiuit Lazarum ante fores clamantem. Iu- stè negata est gutta, à quo negata fuit mica. At alijs, quibus fru- stra dictum non est: *Date, & dabitur*, quia dederunt pauperi, id- circo dat & Deus, siue cum esuriunt, siue cum sitiunt, siue cū ægrotant, siue cum calumniam patiuntur; siue cum periclitantur de- æterna damnatione. A Bonifacio igitur, & Aglaide, ô mortales,

**Tob.12.9.** discite esse misericordes: quia *eleemosyna est, qua facit inuenire mis- ricordiam*. *An ignoras*, inquit, *os aureum, qui iudicem mitigare volunt,* non ipso examine caussa, sed priusquam iudicij ingrediuntur locum, bene- uolum sibi facere, vel amico, vel mediatore, vel præsule, aut modo alio, si- bi iudicem conciliare. Igitur & Deo, non sessionis tempore, suadendum.

**S.Chrysost.** **hom. 5. de** **pœnit.** **Psal.94. 2.** *Ante iudicij tempus mitigabilis est*; & ideo David ait: *Praoccupemus fa- ciem eius*. Illum magnum iudicem ars rhetoris nulla decipiet, & nullius potentiam mitigatur; dignitati non condescendit, non veneratur personam, sed tremendum & implacabile iusti iudicium. Nunc verò iudicem exo- rabimus, & placabimus, non pecunia, magis autem, (si verum dicere o- portet) clemens & pius ipse pecunia suadetur, non ipse manusua, sed per inopes accipiens. Da pauperi pecuniam, & iudicem mitigaueris. Hoc & Aglais fecit; &c, si facerent alia quoque, in malo Aglaidi pares fe- minæ, fortasse & ipsæ misericordiam consequerentur.

**XIX.** Sed aliud quoque fecit Aglais, quo sibi patrocinia conci- liauit. Subiit enim illa salutaris cogitatio ac vehementis quoddam & in- uitum desiderium reliquiarum Martyrum. Hinc Bonifacium ita est allocuta. *Scis, frater, qualibus simus coquinati peccatis, nec nobis cura- esse*